

## DECIMAE.

32

*dec. 48. part. 1. At denō ad affirmativam sententiam reddit in Tironen. Decimorum 9. Maii 1755. & in confirmatoria 9. Februario 1756. coram R. P. D. Stadiom.*

*28 Nec privilegium apostolicum de non solvendis decimis alius efficacia est quoad decimas debitas ipsi Ecclesie, nisi eorum favore accesserit munimentum aliquipus concordia, ut ex text. in cap. Ex multiplici firmavit Rot. in d. Tironen. decimorum 9. Maii 1755. § 15. & in confirmatoria 9. Februario 1756. § 15. cor. R. P. D. Stadiom.*

*29 Privilegium de non solvendis decimis vim suam amittit illis omnibus modis, quibus suam amittit vim quocumque aliud privilegium. De hice modis agemus in 30 addit. ad verb. Privilegium. Peculiare vero est, quod hoc de non solvendis decimis privilegium amittit vim suam, si converget in grave damnum habentis ius ad persiccas. Ita ut in congrue sustentare nequeat, ut est persiccas. picus textus in cap. Suggestum, de Decimis. At praeterendum non est, quod sicut dictus textus de parochis unicue loquitur, ita id apertos communites res-*

*32 tringitur. Quinimum adeundus est Summus Pontifex, qui sumum privilegium explicit, & moderetur; Nicol. ad Monet. de decim. adnot. 5. num. 171.*

*33 Quod vero concernit præscriptionem, videndum an decimam percipiatur ab eo, qui habet assistentiam juris pro ipsis, at ab alia ecclesia, an a laicis? Ad acquirendam exemptionem ab eorum solutione primo casu requiri,*

*34 vel immemorabilem, vel centenariam, vel quadragenariam, cum titulo colorato, sufficere secundo casu simplicem quadragenariam, & tertio demum casu decennalem, communiter tradunt Bohem. in decr. lib. 3. tit. 30.*

*35 § 42. Engel. in Collect. Jur. Canon. lib. 3. tit. 30. § 3. numer. 49. Schmalzgrub. Jur. Eccles. univer. lib. 3. part. 3. tit. 39. § 3. num. 63. Zypaus respons. de Jurr. comm. lib. 3. tit. 30. resp. 3. fer. per rot. Antonell. de Tempor. Legal. lib. 2. cap. 37. num. 18. Rot. in recent. decit. 152. num. 5. p. 19. tom. 1. & cor. Molin. decit. 142. num. 5.*

*36 Sed novissime Rota in ea videtur fuisse sententia, ut etiam ad acquifitum exemptionem a solutione, etiam decimorum, que percipiatur a laicis, requiratur, vel*

*Licit incongrue exposita ad asservandum ex parte Judicium secularium decimorum cognitionem viderentur, sufficiat pro coronide stabilita recognoscere circa Equeis ordinum militarium, quibus ab eorum solutione se subtrahere volentibus, fuit Proregibus, Cancelleriis, & Gubernatoribus injunctum, exactiōem de omnibus procuratore; (1) similiēr in hac regione (2) erat provisum, à qua jussione non discrepat, imo adaugit huius privatiae regiae cognitionis fundamentum, causa discussa in Supremo earundem ditionum Consilio, inter fratres tunc Societatis Iesu, ceteras religiones, & ecclesias cathedrales, (etsi personae erant Ecclesiasticae) per quam exemptio in praedictis cuiilibet denegatur. (3)*

*(1) L. 17. ejusd. Ordenamos, y mandamos, que ninguno de los Caballeros de las Ordenes de Santiago, Calatrava, y Alcantara, que residieren en las Indias, se exima de pagar los diezmos eclesiasticos que debiera de todas sus haciendas, y granjerias, así de las que tienen adquiridas, como de las que fueren adquiriendo en qualquiera manera, si no que las paguen en la misma forma que los debieran dar, y pagar si no fueran Caballeros de las Ordenes, sin poner en ello excusa, ni impedimento alguno: mandamos á los Virreyes, Presidentes, y Oidores: que cada uno en su distrito proovea lo que mas le pareciere conveniente para la execucion de lo en esto ley contenido:*

*(2) L. 2. tit. 5. lib. 1. ibi: T esto mandamos tambien por Nos, como por los que reynaren despues de Nos, como por los Ricos-Hombres, como por los Caballeros:*

*(3) Reg. Sched. 4. Dec. 1766. ibi: Por el Fiscal de mi Consejo de las Indias se puso en él demanda en forma en once de Noviembre de mil seiscientos y veinte y cuatro, pidiendo se declarase pertenece á mi Corona, y patrimonio real, y á las Iglesias, todos los diezmos de las heredades, y cualesquier bienes, frutos diezmables que tenian, ó tuviesen las Religiones de aquellos dominios, comprendida la de la Compañia de Jesus, y que se las condense al entero pago de los causados hasta el referido tiempo, y de los que se causasen en adelante, cuya pretencion coadyuvaron las Iglesias; y emplazadas las Religiones, y habiendo alegado difusamente lo que les parecio convenir á su defensa, substanciado legítima-*

*mente el referido pleyo, por sentencia de vista pronunciada en veinte de Febrero de mil seiscientos y cinquenta y cinco, fueron condenadas las Religiones á que pagasen todos los diezmos que se adendasen de sus haciendas, y bienes diezmables, y los adeudados desde la contestacion de la demanda, y habiendo suplicado de esta resolucion por la parte de las Religiones, se confirmó la referida sentencia de vista en diez y seis de Junio de mil seiscientos cincuenta y siete en lo respectivo á los diezmos que se causasen en adelante, reformandola en orden á los causados desde la contestacion de la demanda, y declarando que solo se debian pagar los que se causasen desde el dia de la pronunciacion de esta sentencia de revista, con la que se conformaron las Religiones, menos la de la Compañia de Jesus, que interpuso el recurso de segunda suplicacion en tres de Julio del mismo año, el que le fue admitido; y sin embargo, á pedimento del mismo Fiscal, y de las Santas Iglesias, se despachó en veinte y siete de Abril de mil seiscientos y sesenta y dos la ejecutoria correspondiente á las dos referidas sentencias de vista, y revista; y en su cumplimiento han pagado las Religiones, y debido pagar la de la Compañia los diezmos integros á razón de diez uno de todas sus heredades, haciendas, y bienes diezmables; y por los Ministros á quien está encargada la recaudacion de la real hacienda, y por las santas iglesias, se han debido percibir integralmente, sin excepcion, ni cosa en contrario:*

## DECLARATIONS.

33

eoque opus haud sit contradictione, denegatione, & acquiescentia. Confer etiam Rocc. Disp. jur. selecti. cap. 84. num. 14. & seq. 15. 16. (Vide omnes pene leg. art. precedenti notat.)

## DECLARATIONS, ET DECRETA SACRARUM Congregationum.

## SUMMARIUM.

*1 D ECRETAL, & declarationes Sacrarum Congregationum fidem non faciunt, nisi afferantur in forma authenticā, ad num. 2.*

*3 Per hoc tamen non sequitur, quod possint, & debent contemni, & pro nihilo haberi Sacrarum Congregationum decreta non authenticā, que apud probatos, & fide dignos Autores, & Collectores ad publicam utilitatem impressa reperiuntur.*

*4 Immo recte facit Jūdex, qui declarationes Sacr. Congreg. quas inventerit apud aliquem probatum Auditorē, ut veras habuerit, & sequatur, etiamsi nec à parte allegantur, ne producantur; & secundum aliquos unusquisque tenetur in foro conscientia eas sequi, si de illis sufficientem notitiam habuerit.*

*5 Hinc decreta Sacrarum Congregationum sunt ab omnibus semper reverenter amplectenda.*

*6 Et dato, quod aliqua subitis probabilis ratio dubitandi de veritate alienus decreti, recurrentum est ad Sacrum Congr. regesta.*

*7 Et dato insuper quod in regesto Secretarū aliquod allegatum decretum non reperiatur, sufficit, quod de eo apparet per relationem, vel epistolam, vel notationem, proprio charactere factum Cardinalis cause ponens.*

*8 Decreta seu declarationes Sacrarum Congregationum consulto Sanctissimo facta habent vim legis secundum multos Autores.*

*9 Ita ut habeant vim obligandī in utroque foro, non solum pro illis personis, ad quarum instantiam sunt, seu in illis casibus, quibus Sacr. Cong. respondet, sed ut leges generales in similibus omnibus.*

*10 Quam sententiam amplectimur, si tales Sacrarum Cong. declarations habeant tres sequentes conditiones, scilicet, quod sint approbatā ad Summo Pontificē, quod sint signata manu, aut sigillo Cardinalis Praefecti, & Secretarii; & quod sint sufficienter promulgata.*

*11 Si vero tales declarationes Sacrum Congregat. facta sunt a solis Cardinalibus summo Pontifice non consulto, nec mandante, licet quam maxima sint autoritas, tamē probabilitas est non habere vim legis, & multo minus obligant, si non sint authenticē subsignata sigillo, & subscriptione Eminentiss. Card. Praefecti, & Secretarii, vel non sint rite communicate.*

*12 Quoad declarationes autem Sacr. Congregat. Concilii consulo Sanctissimo facta, & in authenticā forma exhibite, dicendum est, quod habeant vim legis, ac proprie obligant in utroque foro, licet publice non sint promulgatae.*

*13 Afferunt instantia, & solvit, ad num. 15.*

*14 Alia, remissive.*

*1 D ECRETAL, & decreta Sacrarum Congregationum fidem non faciunt, nisi afferantur in forma authenticā, ut in specie de declarationibus, & decretis Sacra Congregationis Concilii Tridentini de mandato Urbani VIII. declaravit eadem Sacra Congregationis his verbis: "Sacra Congregatio Concilii Tridentini die 2. Augusti 1631. ex speciali S. D. Urbani VIII. jussu mandat, & præcipit, huiusmodi declarationibus, tam impressis, & imprimentis, quam manuscriptis nullam fidem esse in Judicio, vel extra quoquam adhibendam, sed tantum illis, que in authenticā forma, solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Praefecti, ac Secretarii ejusdem Congregationis pro tempore existentium munita fuerint." Sic referunt Barbosa, apostol. decis. collect. 211. Sellius in selectis canoniciis cap. 1. num. 78. Lezana verb. Congregatio, Diana moral. resolution. part. 5. tract. 2. resolut. 96. Lantusca verb. Congregatio Concilii Tridentini, & Congreg. Sac. Rit. & alii plures Vide in rom. 8. decret. S. R. C. num. 162.*

*Per hoc tamen non sequitur, quod possint, & debent contemni, & pro nihilo haberi Sacrarum Congregationum decreta non authenticā, que apud probatos, & fide dignos Autores, & Collectores ad publicam utilitatem impressa reperiuntur.*

*Hoc enim vegeret in maximum christiana religionis, & ecclesiā detrimentum, si qua per ipsa decreta a probatis Auditoribus fideliter relata circa Indulgentias, cultum Sanctorum, sacros ritus, morum reformationem, disciplinam, & moderationem, & alia hujusmodi, sunt disposita, & sancta tamdiu berent, & possent quoad observantiam, & executionem suspendi, donec per recursum ad Sacras ipsas Congregationes possent semper in authenticā forma obtinere: Unde recte nota Fagnanus in cap. Quoniam 13. de constit. num. 59. quod Sacrum Congregationum decreta a fide dignis Auditoribus relata, & de quorum veritate nulla subitis probabilis ratio dubitandi, ex eo dumtaxat rejicere, quod non afferantur in forma authenticā, atque idcirco contraria sententiam tueri, certe vix abest ab irreverentia, & temeritate; Quinimum subdit ibidem ex Sal. de leg. trahit 4. disp. 21. quest. 97. scilicet 12. in fin. quod recte facit Jūdex, qui declarationes Sacrae Congregat. quas inventerit apud aliquem probatum. Autorem, ut veras habuerit & sequatur, etiamsi nec à parte allegantur, nec producantur, adjiciens in foro conscientie teneri unumquaque eas sequi, si de illis sufficientem notitiam habuerit, juxta ea que tradit Navarr. Consil. 1. num. 12. & per totum de constit. Eo vel maxime, quod Urbanus VIII. censetur voluisse solum percutere decreta illa, de quorum veritate subset subbis probabilis ratio dubitandi, vel ex quo afferrentur solummodo manuscripsa, vel apud non probatos Autores impressa. Hinc decreta Sacrarum Congregationum sunt ab omnibus semper reverenter amplectenda in venerationem tot undique Eminentissimum Patrum, ut censuit Rota in Lodoten. parochialis 1692. & ipsam Rota semper conservavit amplecti, & signanter part. 31. recent. dec. 108. num. 22. part. 13. dec. 2. num. 36. part. 14. dec. 71. n. 15. part. 17. dec. 297. num. 3. part. 18. tom. 1. decit. 297. num. 2. Et dato, quod aliqua subitis probabilis ratio dubitandi de veritate aliquicui decreti, recurrentum est ad Sacr. Congregationum regesta, prout ipsamet Sacra Congregationes demandare solet, quando occasione disputationis particularium casuum circumferuntur decretū, que diversa, vel adversa videntur, aut aliquam probabilem dubitandi de veritate rationem continent; Cardinalis de Luca Annot, ad Sacrum Concilium Trident. dist. 1. num. 17. Et dato insuper, quod in regesto, vulgo Vacchetta, Secretarii aliquod allegatum decretum non reperiatur, sufficit, quod de eo apparet per relationem, vel epistolam, vel notationem proprio charactere factam Cardinalis cause Ponentis, prout declaravit, & decretum anni 1673. in sola relatione Cardinalis Cybo Ponentis repertum extrahi mandavit Sacra Congregatio Epicoporum in Mantuana nullitatē professionis 3. Aprilis 1693. ad relationem Eminentissimi Card. De Carpine. Et pro indubitate supposuit S. Congr. Concil. in Milevitanā 8. Augusti 1705. in cuius positione charactere Eminentiss. & R. D. Card. Panciatichi, meritissimi Praefecti reperiebatur adnotatus consensus partium circa expeditio-*

E  
ton

## DECLARATIONES.

tionem ejusdam concessionis restitutionis in integrum, idque impugnante Defensore unius ex collitigantibus, coactus fuit pallidionam cantare, & mediante speciali memoriali, in plena congregatione distributo, se declarare sequentibus verbis: "Suplicantur EE. PP. habere pro non dictis, neque scriptis ea, quae dicta, scriptaque sunt in Italico memoriali, §. Quindi molto meno; & seq. quo ad ibi consenserunt controversorum commissionis date Eminen. D. Magno Mag. quoniam dum tunc consensus adnotatus reperitur in positione, sine dubio, quoniam ego non recordor, à me datum erit." Et generaliter Rota dec. 46. num. 22. part. 18. recent. Ursaya Institut. crim. lib. 1. tit. 10. §. 4. num. 147. & seq.

8 Decretum sed declarationes sacramentum Congregationum consulto Sanctissimo facias habere vim legis tenet Salas de leg. trah. 14. dist. 22. sect. 12. Barbosa lib. 1. Juris eccles. univers. cap. 4. num. 81. & alii undecim apud Dianam part. 1. art. 10. resolut. 29. & Pignat. tom. 9. consul. 174. per tot. Passerini. de stat. homin. tom. 2. quæst. 187. art. 1. num. 447. & sequent. Monacell. part. 1. tit. 9. formal. 3. num. 3. & alii. Et ratio est, quia ipsa Sacra Congregationes decernunt tamquam potestatem habentes à Papa, adeoque dicunt ipsi, earum declarationes sunt auctoritative, tamquam si ab ipso Papa edite fuissent.

9 Ita ut vim habeant, ut docent Garzias, Lambert. Parinac. Piasc. Barbosa, loc. cit. Faganus loc. cit. num. 66. teste Gobat. trah. 3. num. 604. obligant in utroque foro, non solum pro illis personis, ad quarum instantiam sunt, sed in illis casibus singularibus, quibus Sacra Congregationes respondent, sed ut leges generales in similibus omnibus, quia similium est similis ratio, & causa, forteque infinitum pro singulis casibus singulas velle declarations. Quam sententiam & nos liberter amplectimus, si tales Sacramentum Congregationum declarations habeant tres sequentes conditions, videlicet, quod sint approbatæ a Summo Pontifice; quod sint signata manu, aut sigillo Cardinalis Prefecti, & Secretarii; & quod sint sufficienter promulgata, quia cum adsum hæc tres conditions, habent vim legis, & iis necessario est standum, cum sic sint munera auctoritate Pontificis, & re ipsa censenda sint immediate existere ab ipso Pontifice, ut colligitur ex Carden. in 2. Crisi dist. 1. num. 98. & seq. & teñent Anton. Cotonius celebr. controversial. lib. 3. controv. 8. cap. 3. Diana part. 1. trah. 2. resolut. 42. aliique communis, teste Gobat. tom. 1. trah. 3. num. 604. Si vero tales declarations Sacramentum Congregationum facta sint à solis Cardinalibus, Summo Pontifice specialiter non consulto, nec mandante, licet quam maxima sint auctoritatibus, tamen probabilitas est non habere vim legis, & multo minus obligant, si non sint authenticæ subsignatae sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Prefecti, & Secretarii, ut ex decreto allatis supra num. 3. & 2. vel non sint ritè communicatae, cum ad hoc, ut lex obligent, debet esse sufficienter promulgata. Audent. Ut facta nova Constitutiones, §. Sancimus, collat. 5. ibi. Cur enim culpabimur eis, qui positis nostris ignoranter constitutio- nes affigi Rome in publicis, & consuetis locis, sed simpliciter eduntur, & communicantur partibus, quarum interest, in forma authentica, sigillo, & subscriptione munite; Si vero ab ipsa edantur decreta per modum novæ legis, tunc ad instar aliarum constitutionum apostolicarum de novo conditarum, etiam talium decretorum fit solemissis Romæ promulgatio, & affixio in locis consuetis, prout notatur ad finem eorumdem decretorum, ut patet in decreto de Regularibus Apostolicis, & ejusdem, incip. S. Cong. editio ab ipsa Sac. Congreg. dis. 21. Septemb. 1624. & in Debet. de celebratione Missarum incip. Cum sepe contingat, editio ab eadem Sac. Congregat. die 21. Junii 1625. Et in variis aliis. Et sic advertit Faganus loc. cit. num. 42. & 43.

10 Quod declarations autem Sacre Congregationis Concilii consulto Sanctissimo factas, & in authenticâ forma exhibitas, dicendum est, quod habeant vim legis, ac proinde obligent in utroque foro, licet publice non sint promulgatae. Ita Emin. Rodericus quæst. Regul. tom. 1. quæst. 11. art. 1. & 2. Miranda tom. 2. Manual. Prelat. quæst. 27. art. 11. Lexena tom. 3. sum. verb. Sacra Congreg. num. 8. Garzias de beneficio in prefat. tom. 1. hanc sententiam certam appellans, Pignatell. tom. 6. cons. 99. num. 16. Reiffenstuel. lib. 1. decret. in præm. num. 130. Barbosa loc. cit. § 82. cum aliis pluribus, & hanc sententiam ex professo, & fusissime propugnat. Faganus loc. cit. num. 6. & seq. Et ratio est, quia declarations Sacra Congregat. Concilii sunt auctoritate Papæ, & illo consulta, idest auctoritate a Summo Pontifice ipsi Cardinalibus tradita interpretandi decreta Conc. ipso consulto, ut patet ex Const. Pli IV. incip. Benedictus Deus, & Sixti V. incip. Immensa æterni Dei, §. Deo autem Patri. De-

claratio autem legis facta ab eo, qui à Principe, seu legi conditore habet jus interpretandi, nec differt à lege declarata, I. Hominis, ff. de verb. signific. I. Qui testamento. §. Mulier, verb. arg. ff. de testamento, leg. 7. tit. 5. lib. 3. For. Reg. & sic talis Cardinalium declaratio non mere censorum esse ipsorum, sed esse potius aliqua apostolica declaratio, prout in similis habetur cap. Cum aliquibus 4. de rescripti. in 6. & cap. Si Apostolico 22. de præbend. in concordat vulgare illud dictum Imperatoris I. I. §. Sed neque, C. de veteri jure enucleand. ibi: "Omnia merito nostra facimus, quia ex nobis omnibus eis impertitur auctoritas;" adeoque ipsæ Declarations Sacra Congregationis Concilii habent eandem vim obligant, ac ipsa de cœpta eiusdem Concilii, nam qualitates omnes legi declaratae consentirunt inesse illius declarationi, ut est textus in leg. Nihil, & ibi Bartoli. in princip. de conjug. cum emanaci. lib. & in Authentic. de filiis ante dotatio instrumenta natis, ad fin. (Vid. proximè leg. For. Reg. leg. 11. tit. 3. part. 6. leg. 5. & 6. tit. 4. lib. 5. Recop. Cap.)

Nec valet objicere, quod dicta declarations Sacrae Congregationis non promulgantur, adeoque non posse obligare, cum ad hoc, ut lex obliget, requiratur promulgatio ex cit. Audent. Ut facta novæ Constitutiones, §. Sancimus, collat. 5. & oit. cap. In istis 3. dist. 4. Non 14 valet, inquit, quia hæc promulgatio requiritur solum in legibus, quæ novum jus conidunt, non autem in declarationibus legum, quæ cum legibus ipsis intrinsecè insint, non constituent jus novum, sed solummodo jus, quod prius erat, manifestant, atque declarant; adeoque, cum declarations Sacra Congreg. Concilii non constituent jus novum, sed continent meram legis præexistens applicationem, stat certum, quod nulla indigent speciali publicatione; quia ex quo lex declarata jam ab initio promulgata fuit, solemnitas publicationis semel adhibita in principali dispositione, non est ulterius repetenda in illius declaratione, ac proinde ab ipsam primæva Concilii publicatione, vim obliganti obtinente ipsius Congregationis declarations, cum retrotrahantur ad tempus conditi Conc. atque huic à principio jam inesse, & iniuste censeantur, & juxta ipsas lex conciliarii semper fuerit intelligenda, juxta Glossam in cap. Sicut nobis, verb. Respondemus de verb. significat. &clare desumitur ex Audent. de capit. mulieribus, §. final. collat. 9. ubi Imperator de tali legum suarum declaratione loquens, sic expressè dicit: "Quæ interpretationem non in futuris tantummodo casibus, verum in preteritis etiam valere cœnatur, tamquam si nostra lex ab initio, cum interpretatione tali promulgata fuissest à nobis." Et sic tenent omnes supra citati Doctores, & Faganus. loc. cit. num. 43. ubi ulterius citat Bartolom. Imolam, Baldum, Rebustum, Romanum, & alios. Et ita colligitur etiam ex modo procedendi ipsius Sacra Congregationis, à qua si edantur declarations, quæ jus novum non faciunt, sed solum præexistens declarant, ejusque mentem, ac genuinum sensum explicant, tales declarations non solent publicari, nec affigi Rome in publicis, & consuetis locis, sed simpliciter eduntur, & communicantur partibus, quarum interest, in forma authentica, sigillo, & subscriptione munite; Si vero ab ipsa edantur decreta per modum novæ legis, tunc ad instar aliarum constitutionum apostolicarum de novo conditarum, etiam talium decretorum fit solemissis Romæ promulgatio, & affixio in locis consuetis, prout notatur ad finem eorumdem decretorum, ut patet in decreto de Regularibus Apostolicis, & ejusdem, incip. S. Cong. editio ab ipsa Sac. Congreg. dis. 21. Septemb. 1624. & in Debet. de celebratione Missarum incip. Cum sepe contingat, editio ab eadem Sac. Congregat. die 21. Junii 1625. Et in variis aliis. Et sic advertit Faganus loc. cit. num. 42. & 43.

Alia vide verb. Resolutions Sacr. Congreg. (Vid. sup. 16 num. 11.)

(Antequam predicta in hispania exequantur, quomodo procedendum, vide add. hisp. verb. Altare, Alternativa, etiam Adjuncti, & Confraternitas.)

## DEGRADATIO.

## DECOCIO, DECOCTOR.

Vid. verb. Restitutio art. 5. & num. 49. ad 59. & verb. Solatio à num. 3. ad 6.

## DEDICATIONIS FESTUM.

Vid. in Tomo X. Decreta Sac. Rit. Congr. quæ consule ex eorum prævio Indice alphabetico.

## DEFENSOR.

• D efensor matrimonii ex ecclesiastico cœtu (si fieri potest) constitui debet ab Ordinariis in singulis diecœbus, ut adiut judicis omnius causarum matrimonialium, Benedictus XIV. tom. 1. Constitut. 33. incip. Dei miseratione §. 5. & 6. (Vid. add. ter. bisp. verb. Matrimonium, art. 2. conuidit additio bisp. in fin. verb. Accusare.) Defensor matrimonii in Romana Curia depandus est à Cardinali Praefecto Congregationis Concilii, si causa super matrimonium nullitate agitatur in dicta Congregatione. Si vero in Palatii Apostolici Auditorio ab Auditore Decano prefati tribunalis. Si autem in Congregatione particulari, à persona ejusdem Congregationis digniore, idem ibidem §. 13. In Judicis secundæ instantiæ, si Judge fuerit Metropolitanus, aut Nuncius Apostolicus, aut Episcopus vicinior, defensor matrimonii debet esse qui ab ipsius respectu fuerit deputatus, prout ab ipsi est deputandus. Si autem sit specialis Commissarius à Sede Apostolica deputatus, qui tribunal, & jurisdictionem ordinariam non habeat, defensor debet esse, qui fuerit constitutus ab Ordinario, in cuius diocesi causam cognoscet; etiam si Ordinarius sit, qui primam instantiam in eadem causa pronunciat; Idem ibid. §. 10.

7 - Defensor matrimonii, quamvis ad munus suum gratia obcœundum pro amore Dei, & proximi utilitate, ac ecclesie reverentia, ipsum Pontifex in Domino exhortetur, tamen si aliqua ex causa id sine mercede, aut salario exequi recusaverit, ab ipsius cause Judge debet ei consti- tui, & à parte pro validitate matrimonii agentem per- solvi, si ipsi facultas sit, sin minus à Judge prime, vel secundæ instantiæ, respective subministrari ex multis suorum tribunalium in opera pia ergoandis. Et si Judge fuerit specialiter deputatus, Commissarius peccuniam ex mulieris non habens, debet defensori matrimonii satisfac- tivæ ex mulieris illius Episcopi, in cuius diocesi Commissarius Apostolicus iudicium exercet; Idem ibid. §. 12.

9 - Defensor matrimonii juramentum fideli officium suum obeundi præstare debet in limine judicii, & susci- piendo officio; Idem ibid. §. In omnibus actibus citari, & intimari debet sub pena nullitatis; Idem ibid. §. 7. & 10. Semper appellare debet à prima sententiæ pro nullitate matrimonii lata; Idem ibid. §. 8.

11 - Defensor professionis regularis in singulis diecœbus ab Ordinario iuxta dispositio pro defensori matrimonii est: deputandus aliquis probato, & doctrina commen- datus, sive Regularis, sive Ecclesiasticus secularis; Benedictus XIV. Tom. 2. Constitut. 47. incip. Si datum. (Vid. add. hisp. verb. Superiores). Pro ejus mercede, seu salariorum est ei præstandum, quod Judge prudenter arbitriatus fuerit exsolvendum ex bonis à Professo renuntiatis in Religionis ingressu, si quæ habuerit; aut in defectu, ex bonis Religionis, si sit ei bona possidentibus. Si au- tem nec adiut bona renuntiata, nec ejus Religio bona possideat, tunc defensori professionis satisfiet ex pecuniis mulierarum iustis tribunalis, in quo causa agitata fuerit; Idem ibid.

14 - Defensor professionis in constructione processus, interrogatoria dare debet, & in omnibus iudicij actibus ci- tandum est; Idem ibid. Defensor professionis, si sententia lata fuerit pro nullitate professionis, ex officio appellare debet; ibid. Defensor professionis deputari, & assistere debet propositioni cause apud sanctam Seđem super concessione restitutio in integrum; idemque assistere debet confessionis processus remissorialis; Idem ibid. \*

FERRAR. BIBLIOTHEC. TOM. III.

DIFFINITIVA SENTENTIA. Vide verb. Sententia à num. 4. & sene per tot.

DEFLORATIO, DEFLORE. Vide verb. Stu- prum. Stuprator.

DEFUNCTORUM OFFICIUM. Vide verb. Offi- cium Defunctorum.

## DEGRADATIO.

## SUMMARIUM.

D egradatio quatuor, & que & quos pariat ef- ficit, ac in Sacerdotem, ad num. 9.

10 Q uorum criminis degradatio sit pena, qua solemnita- tis forma, & per quem sit executioni mandata, ad num. 18.

11 Q uo olim fuerit, & quo sit bodie ecclesie disciplina circa degradacionem, scilicet depositionem Episcopi, Pres- biteri, Diaconi, &c. ad num. 26.

27 Prelatorum Regularium qui possint appellare à sen- tientia degradacionis, qui ab Episcopo in consilium adhibendi, & quando in causa degradacionis, & quid juri ipsi habeant in eorum subditos circa degradacio- nem cujuscumque speciei, ad num. 32.

33 Subiectiunt add. ex aliena manu.

D egradatio est duplex, scilicet, verbalis, & realis, seu actualis. Degradatio verbalis, (qua & depositio solet appellari, arg. cap. Degradatio 2. de panis in 6. ibi: Verbalis degradatio, seu depositio ab Ordinib[us], & non tantum Fagan. in cap. Qualiter 24. de accusationibus, num. 76. Barbosa de officio. & potest. Episcoporum. part. 3. al- leg. 110. num. 2. & alii) est illa, qua fit per solam, & simpli- cement sententiam, quia Clericus criminosus ab ordinibus clericalibus, seu ab eorum executione depositus perpe- trator degradatur; ita ut censeatur privatus omni ordine & munere clericali, v.g. sacerdotali, episcopali, & hoc ipso etiam officio, & beneficio, ut tenet communis Doc- tor. arg. cap. At si Clerici 3. de judicis; cap. Ut Clerico- rum 13. de vita, & honestat. Clericorum. cap. Insinuatorum 3. de Simonia; cap. Latores 4. de Clerico excommunicat. mi- nistrant. & cap. Degradatio 2. de panis in 6. Per hanc tamen degradacionem verbalement Clericus non amittit pri- vilegiorum fori, & canonis. Barbosa loc. cit. num. 3. cum Menoch. Sigismund. Scaccia. Navar. Cajet. Sayt. Bon- nacina. Carol. de Grassi. Valentia, & alii ibi ab ipso citatis, Reiffenstuel loc. cit. num. 34. & alii. Nec sic de- gradatio amittit characterem impressum, cum sit inde- libilis; cap. Ostenditur 30. dist. 4. de consecrat. Clericus enim sit degradatus (si sit Sacerdos) adhuc confici Eu- charistia sacramentum, etiam si sit hereticus, si utar debita materia, forma, & intentione, sicut etiam pri- vate absolvit pro mortis articulo moribundam. Barbosa loc. cit. num. 5. cum communis aliorum.

3 - Defensor matrimonii deputatus in singulis diecœbus ab Ordinario iuxta dispositio pro defensori matrimonii est: deputandus aliquis probato, & doctrina commen- datus, sive Regularis, sive Ecclesiasticus secularis; Be- Benedictus XIV. Tom. 2. Constitut. 47. incip. Si datum. (Vid. add. hisp. verb. Superiores). Pro ejus mercede, seu salariorum est ei præstandum, quod Judge prudenter arbitriatus fuerit exsolvendum ex bonis à Professo renuntiatis in Religionis ingressu, si quæ habuerit; aut in defectu, ex bonis Religionis, si sit ei bona possidentibus. Si au- tem nec adiut bona renuntiata, nec ejus Religio bona possideat, tunc defensori professionis satisfiet ex pecuniis mulierarum iustis tribunalis, in quo causa agitata fuerit; Idem ibid.

6 - Defragatio realis, seu actualis est, quando ultra de- positionis sententiam ob incorrigibilitatem Clericus ac- tuativerit privatur, exauditoratur, exsolvatur, & spoliatur omni ordine, munere, & privilegio Clericali, & omni beneficio, & officio per detractionem insignium clericali- um cum solemnitate à jure prescripta, & traditur cu- ria seculari ab eadem juxta leges puniendus; Barbosa loc. cit. num. 4. cum communis, & certa aliorum; arg. cap. Felix 4. cau. 15. quæst. 7. cap. Cum non ab homine 10. de-

E 2 ju.

## DEGRADATIO.

*judicis*, cap. Novimus 27. de verbis significatis. cap. Degradatio 2. de panis in 6. Concil. Trident. sess. 13. cap. 4. de reform. Per haec degradationem realem, seu actuallem Clericus amittit privilegium fori, & canonis; Privilegium quidem fori, in quantum ejuscur a foro ecclesiastico, & traditum foro, seu curia seculari puniendus, ac si esset laicus juxta leges civiles de commissis delictis, quamvis dum Clericus degradatus traditur curia seculari, debeat ecclesia efficaciter pro eo intercedere, ut clista mortis periculum quodcum eum sententia moderetur, textus expresso in cap. Novimus 2. de verbis significatis. ibi: *Pro quo debet tamen ecclesia efficaciter intercedere, ut circa mortis periculum circa cum sententia moderetur.* Amitit etiam sic degradatus privilegium canonis, ita ut ejus invaserit, aut percussor quavis injurias, non incurrit excommunicationem latam in percussores Clericorum. ibi: *Degradatus tamquam exutus privilegio clericali, seculari foro per consequentiam applicetur;* & cap. Degradatio 2. de panis in 6. ibi: *Degradamus, & eximus te omni ordine, beneficio, & officio clericali.* Non primitur tamen sic degradatus charactere ordinis, quia est indelebilis; cap. Ostenditur 30. tit. 4. de consecratis. Nique potestate valide consecrandi (si fuerit Sacerdos) qui & hac potestas est simpliciter impeditibus; Neque facultate validi absolviendi pro mortis periculo moribundum, quia pro tunc nulla est reservatio casuum. Nec sic degradatus liberatur ab onere recitandi horas canonicas ant servandi perpetuam castitatem, ne aliquoquin ex suis delictis commodum reportet. Sic communis Doctorum. Sacra tamen Congregat. Concil. 13. August. 1707. & 18. August. 1708. & 15. Decemb. 1719. noluit decidere, quod damnatus ad Trierimes tenetur recitare officium divinum. Immo neque Clemens XI. cui ipsa Congreg. Concil. dubium resolvendum reservaverat. Vide Ursaym verb. Officium num. 42. litera O. in Miscellaneo Saero, & profana parte prima.

10 Crimina, ob quae de jure deveniri potest ad degradationem, seu depositionem verbalem, sunt adulterium, concubinatus, simonia notoria, stuprum, incestus, furium, perjurium, homicidium, aliaque delicta istis graviora, ut in titulis respectivis de his criminibus habentur & colliguntur ex cap. At si Clerici 4. de Judicis §. de adulteriis; cap. Si autem 6. de cohabit. Clericorum, & Miser. & ex Concil. Trident. §. 32. in decreto de observandis in celebratione Missa, ubi expressè mandatur Episcopis, *Ut neminem, qui publice, & notorie criminosis sit, sancto altari ministrare permittant;* & tener communis Doctorum cum Barbosa loc. cit. num. 10. Crimina vero, ob quae de jure potest deveniri ad degradationem realem, seu actuallem sunt 1. *Heresis* cap. Ad abolendam 9. cap. Excommunicatus 13. §. Damnati, de hereticis; cap. Quoniam 1. & cap. Super eo 4. ed. tit. in 6. 2. *Crimen falsificationis literarum Apostolicarum*; cap. Ad falsariorum 7. de crimen falsi, 3. Crimen insidiare, & consipitionis in propriis Episcopis; cap. Si quis Sacerdotum 18. & cap. Statutum 31. cap. 11. quest. 1. Crimen assassinatus in Clerico; arg. Pro humano iudeo homicidio, in. Incorrigibilitas Clericorum post servatos alia rum penitentiam gradus; arg. cap. Cum non ab homine 10. de judicis 6. Crimen nefandum contra naturam ex Constitutione S. Pii V. incipit. Horrendum illud scelus 7. Crimen non Sacerdotum, qui audient missas celebrare, ex Const. Clement. VIII. incipit. Et si alias 8. Crimen coru dem non Sacerdotum, qui audent confessiones sacramentales exciperre ex eadem Constitut. Clement. VIII. Incipit. Et si alias 9. Falsificationis, & adulteratio Monetarum intra Italianam, ex Constat. Urbani VIII. incipit. In supra.

(Clericum annulium seu regium sigillum falsificantem, monetamque fabricantem per leg. 2. tit. 12. lib. 4. Port. Reg. primo in caso præter degradationem impressione in fronte candentes ferri cum amissione bonorum Regi aplicantur ab ejus regno repellendum proponuntur, in secundo juxta regiam voluntatem ultra degradationem procedebatur: conductus lex 6. ejusd. tit. & lib. non discrepat. Lex 60. tit. 6. p. 1. per istam legem Clerico, literas, aut sigillum ponitissimum falsificantem,

sum Episcopum impropperanti, eidem inobedienti, ejus vice insidiatori, in heresim delapsi, degradamus cum traditione brachi seculari etiam assignatur: pro furto, homicidio, similique alio delicto degradationis fit mentio, & tantum brachio seculari ut puniatur est tradendus, si incorrigibilitas arguatur leg. 61. ejusd. tit. & p. Vide verb. Alchymia, & verb. Falsum in add. hyspan. Nota etiam leg. 2. tit. 26. p. 7. Suis etiam in casibus qui simoniam commiserit in consequendis ordinibus, aut beneficio, degradatum a consilio fidelium ejicit, per suam Bullam Pius V. Ann. 1566. Kalendas Aprilis incipit. Cum primum Apostolatus, præcipit.)

¶ Notandum cum saepe laud. Episcop. Maraviglia, quod extra casus statutos a Jure canonico, & à summis Pontificibus, nullam habent Episcopi jurisdictionem degradandi; nec devenire possunt ad degradationem, & traditionem curia seculari, nisi auctoritate a Jure canonico expresse concessa, que in certis casibus numquam intelligentia concessa. Vide in citato Auctore Leges 286. Prudentia Episcopalis. ¶

Forma autem solemnitas, quæ in degradatione reatu, seu actuali servanda est, habetur expressa a Bonificio VIII. in cap. Degradatio. 2. de panis in 6. his verbis: *Clericus igitur vestitus sacris induitis in manibus habens librum, vas, vel aliud instrumentum, seu ornatum, ad Ordinem suum spectans, ac si deberet in officio suo solemniter ministrare, ad Episcopum presentiam adducatur, cui Episcopus publice singula, sive vestis, calix, liber, seu quavis alia, quæ illi juxta morem ordinandorum Clericorum in sua ordinacione ab Episcopo fuerint tradita, seu collata, singulariter auferat, ab illo vestimento, seu ornamento, quod datum, vel traditum fuerat ultimo, inchoando, & descendendo gradatim, degradationem continuet, usque ad primam vestem, quæ datur in collatione prima Tonsura: tuncque radatur caput illius, seu tonsuratur, ne Tonsura, seu Clericatus vestigium remaneat in eodem. Poterit autem Episcopus in degradatione hujusmodi ut verbis aliquibus ad terrorem illius appositis, quæ in collatione Ordinum sunt prolatæ dicendo. Subdiaconi haec, vel similia verba in remotione Patenæ; Afferimus tibi vestem sacerdotalem, & te honore sacerdotali privamus; sicut in remotione reliquorum insignium similibus verbis utens; In ablatione ultimi, quod in collatione Ordinum fuit primum, infrascrito, vel alio similimodo pronunciet, seu dicat: Autoritate Dei Omnipotenti Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, nam nostra, tibi afferimus habitum Clericalem, & deponimus, degradamus, & eximus te omni Ordine, & Beneficio, & Privilegio Clericali.*

Ex quibus colliguntur, degradationem realem, seu actualuem, & solemnem non posse fieri nisi ab Episcopo, ut clare innuit verba illa: *Ad Episcopi presentiam adducatur, cui Episcopus* &c... *Poterit autem Episcopus in degradatione hujusmodi uti verbis* &c... *et sic tenet communis Doctorum; arg. Concil. Trident. sess. 13. c. 4. de reform. ibi: Per se ipsum. Immo Episcopus debet esse consecratus, & non sufficit Episcopus electus, & confirmatus, sed nondum consecratus, ut tener Barbosa loc. cit. num. 24. Glossa communiter recepta in c. Transmissum 15. de electione. verb. de talibus; Et ratio est, quia, ut ibidem recte nota Glossa, degradatione realis, seu actualis videtur actus ordinis episcopalis, & consequenter non nisi ab Episcopo consecrato ferri potest. Quinimmo degradatione realis est taliter ordinis episcopalis, ut nequeat ab Episcopo demandari, nec Abbatibus Presbyteris, & solemniter benedictis, aliaque quibuscumque Clericis se inferioribus; arg. cap. Aqua 9. de consecrat. Eccles. vel altaris, ibi: *Quæ ordinis tamen episcopalis sunt, non potest inferioris gradus Clericis demandare;* cap. Degradatio 2. de panis in 6. per verba citata, & notata sub numer. 14. & Concil. Trident. cit. sess. 13. cap. 4. de reform. ibi: *Per se ipsum actualis, atque solemnem degradationem;* & sic cum communis tenet Fagnan. in cit. cap. Aqua, de consecrat. Eccles. num. 21. & sequent. Degradatio vero verbalis potest fieri ab Episcopo electo, & confirmato, licet nondum consecrato, quia degradatione verbalis non*

## DEGRADATIO.

est actus ordinis, seu jurisdictionis, qua jurisdictione gaudet Episcopus electus, & confirmatus, quamvis non dum consecratus. Et sic ob eandem rationem talis verbalis degradatione potest fieri etiam per Vicarium Generalem Episcopi, textu expresso in Concil. Trident. cit. sess. 13. cap. 4. de reform. ibi: *Episcopo... per se ipsum etiam actualis, atque solemnem degradationem* &c. Et ratio est, quia si admittetur ad ordinem, seu ordinare solum spectat ad Episcopum, sic & dejiceretur illis, eo modo, quo fieri potest talis dejectio, solum spectabit ad illum, cum degradatione realis, seu actualis, & solemnis videatur actus ordinis episcopalis, ut notat Glossa communiter recepta in cap. Transmissum 15. de electione. verb. de talibus, arg. cit. Concil. sess. 13. cap. 4. de reform. ibi: *Per se ipsum. Unde Prae-  
dicti Regularis nequeunt suos subditos degradare degrada-  
tionem reali, seu actuali, & solemni, nisi illis conces-  
sum sit privilegium, vel per consuetudinem a Romano  
Pontifici toleratam. Barbosa de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 110. num. 25. cum Sayro, Silvestro, Avila,  
Bonacina ibi citat. Lezana in summa verb. Degradatio num. 2. qui ex aliis subiungit, nullus tale privilegium extare, quod videtur; nec ullam talem extare consuer-  
dim, quam audiretur. Degradatio autem, seu deposi-  
tio solum verbalis potest fieri ab ipsis Praeditis Regula-  
ribus, ut admittit Aldrete sub legi. cap. 3. num. 24. & 25.  
cit. ab ipsa Lezana loc. cit. num. 3. in fin. Talis enim sim-  
plex, seu verbalis depositio, vel degradatione non est actus ordinis, seu jurisdictionis, cum possit fieri etiam a Vicario Generali Episcopi ex Concil. Trident. cit. sess. 13. cap. 4. de reform. ibi: *Episcopo per se, seu illius Vicarii in spiritualibus Generalem contra Clericum* in sacrâ, etiam presbyteratus ordinibus constitutum *nihil ad illius condemnationem, nec non verbalem* & depositionem... procedere licet.*

¶ De veteri, & nova ecclesiæ disciplina circa de-  
grationem, legendus est licer caute Bohemer. in de-  
cretal. lib. 5. tit. 37. & §. 8. ad plur. sequent. ¶

---

## DELECTATIO MOROSA.

### SUMMARIUM.

1. *Delectatio morosa generatio sumpta quid sit.*  
2. *Quomodo differat a desiderio illicito.*  
3. *Unde dicatur delectatio morosa.*  
4. *Ad hoc ut delectatio morosa sit peccatum mortale, tria requiruntur; & quæ sint.*  
5. *Delectatio morosa est triples, scilicet de re cogitatione, & modo.*  
6. *Delectatio morosa voluntaria, & delibera de re cogitatione formaliter mala, est peccatum mortale, vel veniale propter obiectum est graviter, vel leviter malum.*  
7. *Delectatio morosa de cogitatione, cognitione, vel specu-  
latione rei illicite non est peccaminosa.*  
8. *Delectatio morosa de modo artificiose, seu curioso rei illicita non est peccaminosa.*  
9. *Delectatio morosa speciem peccati non accipit a circumstan-  
tia persona circa quam.*  
10. *Secur autem est dicendum de desiderio illicito, quo quis  
desiderat, vel proponit fornicari, aut peccare carnali-  
cum cum summa, quam scit esse consanguineam, conjugatum, vel sacrum.*  
11. *Ligatus voti castitatis, si moro delectetur, debet in  
confessione circumstantiam sue personæ explicare.*  
12. *Morosam delectationem, seu desiderium capere de re aliquo prohibita, sub conditione, si talis res prohibita non esset, non est peccatum mortale, quies-  
satis condicione vere aucteri malitiae.*  
13. *Delectatio autem morosa, seu desiderium de objecto ja-  
re nature prohibito, & semper inveniente male sub  
conditione, si licet, si non esset peccatum, est  
semper illicita, quies objectum in nullo statu, & ea-  
cu potest esse licitum.*  
14. *Hinc à fortiori erit peccaminosa delectatio, seu desiderium de rebus quibusvis malis sub aliqua conditione,  
qua*

## DELECTATIO MOROSA.

- que quavis à parte rei purificaretur, & ponetur, nullo modo auferret malitiam actus.*
- 15 *Delectatio morosa de re materialiter tantum mala v. g. de pollutione, homicidio, & hujusmodi factis sine culpa in somno, ebrietate, amentia, ex ignorantia, vel errore invincibili, est peccaminosa, sicuti sunt tales res in se.*
- 16 *Lacita tamen et talis delectatio, si fiat de ipsis rebus, seu actionibus sub aliqua ratione boni.*
- 17 *Sic etiam licita est delectatio de ejusmodi re materialiter mala, quatenus causa fuit aliquid boni effectus.*
- 18 *Si tamen delectatio, gaudium, vel affectus animi tendet in ipsam rem, non licet; quibus in rebus sit necne bona aut mala delectatio morosa, ad num. 3.*

D ELECTATIO morosa generatim summa est simplex complacentia voluntaria de re illicita sine intentione operis implendi. Differt a desiderio illicito per hoc, quod ipsa delectatio morosa sicut in mera complacentia interna operis illiciti sine intentione progreendi ad ipsam operis executionem, desiderium vero sit actus voluntatis efficacia, quo voluntas appetit, & vult actu peccaminorum etiam ipso opere externo perpetrare, si adest facultas. Talis delectatio dicitur *morosa* non à mera temporis, quia cum consistat in actu interno, potest summarri etiam in instanti; sed à mera, ac immoratione rationis, seu consensus, & adverterientia sufficientis, ut sit peccatum, id est à mera ipsis voluntatis, quae adverterens malitiam suę cogitationis, nihilominus perseverat morose in ipsa, ac sibi in ea placet, cum ipsam expellere deberet: Unde si quis per longum tempus determinatur in delectatione actus pravi, v. g. fornicatio, quam cogitat, sed non plene adverterat ad malitiam gravem ipsius delectationis, ne plene consentiat in ea detineri, licet in hoc casu intercedat mera temporis, non enim delectatio morosa, nec peccaminosa, ex quo non adsit mera rationis, seu consensus, ac adverterientia sufficientis, ut sit peccatum mortale. Hinc ad hoc ut delectatio morosa sit peccatum mortale tria requiruntur, 1. quod objectum circa quod versatur sit mortaliter peccatum, 2. quod homo advertat sub habere talem delectationem, 3. quod post plenam adverteriantem non expellat, vel saltē expellere non conetur, sed praebeat assensum, *Sic communis Doctorum.* 4. De solo assensu, sive consensu expresso loqui videtur Actor; de implicato, seu interpretativo, & de dubio tacet, quamvis sit eorum necessaria cognitione. Quod implicitum habeat ex D. Thoma quest. 15. de Veritate art. 4. "Antequam ratio delectationem perpendat, vel documentum ipsius, non habet interpretativum consensum, etiam non resistat. Sed quando jam perpendit ratio delectatione insurgeat, utpote cum percepit homo se totaliter per hujusmodi delectationem in peccatum inclinari, & in preceps ruerit nisi expresse resistat, videtur consentire. Et tunc peccatum ad rationem transfertur per actum eius." Quod dubium haec scribit S. Bonaventura in sent. dist. 24. part. 2. dub. 1. art. 2. "Multa frequenter creduntur esse venialia, quae mortalia sunt, & difficillimum est in talibus discernere.... Si cui hoc coningat, sanum est consilium, quod de ipsis ut de mortali ponuntur: in dubiis enim securior via eligenda est."

5 Delectatio morosa est triplex, scilicet de cogitatione, & de modo. Delectatio morosa voluntaria, & deliberata de re cogitata formaliter mala, est peccatum mortale, vel veniale, prout objectum est graviter, vel leviter malum. *Est communis* cum S. Thomas 1. 2. quest. 74. art. 8. Navarr. cap. 11. num. 13. Sanchez lib. 1. moral. cap. 2. num. 9. Layman lib. 1. tract. 3. cap. 6. num. 4. Sporer tom. 1. tract. 1. cap. 6. num. 23. Azorius lib. 4. cap. 6. quest. 1. Silvest. verb. Delectatio quest. 1. Less. lib. 4. de just. cap. 3. dub. 15. Scilicet passim. Et colliguntur ex Osea cap. 9. num. 10. ibi: *Fabii sunt abominationes sicut ea, qua dilacerant, & ex Matthæi 5. num. 18. ibi: Qui viderit mulierem ad concupiscentiam eam, jam machatus est eam in cordis suo, & ex Apostolo ad Galatas 5. num. 19. ibi: Manifesta sunt autem opera carnis, quae sunt*

*fornicatio, immunditia, & luxuria.* Scilicet Cettum est autem delectationem morosam venerem esse impudicitiam, vel immunditiam cordis, adeoque est inter illa peccata, de quibus ibid. num. 11. dicitur: *Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.* Unde S. Augustinus lib. 12. de Trinit. cap. 12. expresse dixit: *Totus homo damnabitur, nisi haec, quae sine voluntate operandi, se tamen cum voluntate animalium oblectandi peccata per Mediatrix gratiam remittantur.* Et ratio est, quia qui delectatur de re cogitatione formaliter mala, approbat illam uniendo, & conformando sive effectum illi; nemo enim delectatur nisi in hoc, quod ei placet, & quod re ipsa amat: ergo si cuti objectum cogitatum est malum, ita etiam delectatio, cum formalis malitia actus desumatur per ordinem ad objectum; & ejusdem malitiae, & bonitatis sint operatio, & ejus delectatio, ut inquit Philosophus 10. Ethicorum cap. 3. ad finem. *Tum quia voluntarie, & deliberate delectari de peccato carnali cognito, est peccatum mortale, ex communis Doctorum:* sed eadem omnino est ratio de quacumque re illicita mortaliter, ut perjurio, blasphemia, homicidio, furto &c. ergo delectatio morosa peccaminosa locum habet etiam in aliis materia; & qua ratione ipsa peccata externa erunt mortalia, vel venialis in quacumque materia, furi v. g. homicidii, perjurii, & hujusmodi, etiam delectatio morosa de iisdem erit mortalitatis, vel venialis.

Delectatio morosa de cogitatione, cognitione, vel speculatione rei illicitae non est peccaminosa; Non enim peccat, qui, legendi, confessionis excipiendi, cum aliis discurrendo, percipit varias peccatorum species, modos miro, & artificios, & oblectatur, seu delectatur, & gaudet, non de ipsis peccatis, sed de peccatorum cogitatione, ac cognitione acquisita. Et ratio est, quia objectum hujus delectationis, scilicet ipsa cogitatio, vel cognitio rei peccaminoso per se non est peccaminosa, adeoque neque erit peccaminosa talis delectatio, cum talis sit delectatio quale est objectum: antecedens pater, quia intellectus naturaliter fertur in objectum huius delectationis, ac intellectus naturaliter fertur in rebus bonis, ut verum, quod æque reperitur in rebus bonis, ac malis, nec minus intellectui bonum est verum, seu veritas de rebus illicitis, & malis, ac de rebus licitis, & bonis, adeoque &c. *Est communis.*

6 Quamquam simplex aliquis rei illicitae cognitione per se peccaminosa, vel mala esse non possit, si speculativa consideratur, tamen cum facilissim sit hominem in tali contemplatione sistentem ad aliquam delectationem pertrahit de illa re, de cuius cognitione actu delectatur, non videtur in praxi, saltem ob periculum, cui non subjecimus, excitandi in nobis ex illa prævia cognitione prævas delectationes, omni prostrusa culpa carere prædicta cogitatio, ac de eadem summa delectatio. Præsternit si tales cognitiones nobis comparare studeamus, ac de illis cogitamus non ob finem honestum, sed solus curiositatis causa. Nam si accedit honestus finis, ut accedit in Medicis, Anatomicis, Theologis, ac Confessariis, prædicta cognitione, modo in simplici rei speculatione sicut in omni culpa vacat.

Delectatio morosa de modo artificioso, seu curioso rei illicitae non est peccaminosa; Non enim peccat, qui intelligendo, & percipiendo aliquis miro, & artificiosos modos ac inventiones furandi, sponsum rapiendi, & hujusmodi oblectatur, & ridet, non de ipsis malis factis, sed solus de modo curioso, subtili, & artificioso: Et ratio est, quia tunc voluntas non delectatur de malo, ut malum est, sed de aliqua ratione boni in malo, seu peccato inventa, & considerata, v. g. aliqua curiosa, subtili, & artificiosa inventione, dexteritate, fortitudine, & hujusmodi. Stare enim potest, quod modus artificiosus, quo sit malum, delectet, & ipsum malum factum valde displaceat, ut accedit de facto in pluribus causis: v. g. cum audimus narrari fraudes, insidias, latrocinia, homicidia, clandestina matrimonia, & hujusmodi, novum quodam artificioso modo, mira, y subtili inventione patrata, ridere solemus, & delectatione affici, non quod de talibus malis gaudeamus, cum ipsa maxime detestemur; sed quod curiosa naturaliter, de-

## DELECTATIO MOROSA.

lecent; Sic cum videndo aliquem ridicule cedentem ex equo, seu naso prono cadente in lutum, & hujusmodi, ridemus, non lapsum, de quo dolumus, sed solum lepidum vel ridiculum cadendi modum, & sic de similibus morosis delectationibus, quæ per se loquendo non sunt peccata, ut cum communis docent Cajetanus verb. Delectatio morosa, Azorius lib. 4. cap. 6. quest. 1. Suarez de peccatis disp. 5. sect. 5. n. 7. Sanchez in Dec. lib. 1. cap. 2. num. 4. Layman lib. 1. tract. 3. cap. 5. num. 3.

7 Delectatio morosa speciem peccati non accipit a circumstantia persona *circa quam*; Unde si quis simpliciter, ac precise se oblectet cogitatione morosa peccati carnalis cum muliere, quatenus v. g. est pulchra, & venera oblectationis objectum, non vero quatenus est consanguinea, Deo sacra, aut conjugata, is commitit unum simplex peccatum mortale interne delectationis morose contra virtutem temperantie, & castitatis; nec tenetur explicare in confessione circumstantiam persona, sed suffici si dicat, delectatus sum toties de copula illicita; illam cogitando, non desiderando. Sanchez lib. 1. moral. cap. 2. num. 11. Vasquez disp. 112. cap. 2. Azorius citat. cap. 6. quest. 3. Castropol. tract. 2. distin. 2. punct. 10. paragraph. 4. Diana part. 1. tract. 7. resolut. 48. Layman loc. cit. num. 15. Reiffenstuel Theolog. Moral. tract. 9. dir. 7. quest. 2. num. 15. Felix Potestas tom. 1. part. 2. num. 2272. Lessius l. 4. de just. & jur. num. 123. Verricelli quest. 5. Sporer tom. 1. tract. 1. proem. cap. 6. sub num. 24. & alii plures apud ipsos contra varios alios. Et ratio est, quia talis delectatio morosa solum tendit in actum venereum mente conceptum, non autem in circumstantiam personæ conjugatae, consanguineæ, aut sacrae, adeoque per ipsam violatur sola castitas, non autem ius personæ conjugatae, consanguineæ, aut sacrae, & consequenter non includit ea delectatio malitiam adulterii, aut incestus, & sacrilegii in confessione explicandam, cum talis delectatio non sit de copula cum femina, ut conjugata, consanguineæ, aut sacra, sed solum de copula cum femina præcise ut pulchra.

8 Si morosa delectatio repente in nobis exorta ex occurrit aliquis objecti delectabilis sit, neque ullo pauci a nobis quasita, certe videtur non sumere peccati speciem a circumstantia persona, *circa quam*; secus vero existimandum est, si delectatio fuerit aliqua via, aut ratione procurata eo præcisus animo ac fine, ut delectatio de illa captiatur. Nam si delectatio quasita est, profecto respicit particularem aliquam personam, adeoque objectum cum suis circumstantiis; & licet delectatio sit pura interne complacentia, id tamen satis non est, ut circumstantia persona non multiplicet peccatum, nam desideria quoque interna sunt, & tamen peccata multilateral ratione circumstantiarum. Præterea delectatio qualibet mentem subiens, tamecum quandoque respicere videatur rem per se delectabilis a circumstantiis præcisam, tamen si attento animo res expendatur, evidens est, cadre delectationem supra hanc determinate, & non supra aliam personam; non enim est delectatio de re indeterminata, sed de hoc vel illo objecto; unde fit, ut objectum delectabile præsens sit menti cum suis circumstantiis. Denique talis delectatio non tendit in actum venereum cum ea persona exercendum, de qua habetur delectatio? Ita plane; atque persona determinata non potest nisi per mentem suis circumstantiis spoliari.

9 Secus autem est dicendum de desiderio illicito, quo quis desiderat, seu proponit fornicari, aut peccare carnaliter cum femina, quam scit esse consanguineam, conjugatam, vel sacram, nam tunc talis circumstantia præcisus desiderio, seu proposito addit speciem peccati malitiam in confessione aperiendam. Et ratio diversitatis inter morosas delectationem, & desiderium illicitum est, quia desiderio, aut propositum fertur in objectum cum omnibus circumstantiis consideratum, & tendit in ipsam actionem externam, eamdem desiderando perficere, si posset, adeoque eamdem cum ipsa actione externam induit malitiam in confessione explicandam; delectatio vero morosa, seu simplex complacentia, cum sequatur simplicem, & præciviam intellectus ope-

rationem, potest ferri in unum, ita ut non simul feratur in alterum ei adjunctum; adeoque cum ipsa delectatio morosa sistat precise in interna complicita carnali sine ordine ad actionem externam sequestrans reliquam malitiam, quæ in ipsa actione reperitur ratione circumstantia consanguinitatis, conjugii, vel voti annexe, non induit aliam malitiam in confessione aperiendam. Layman loc. cit. num. 15. Reiffenstuel loc. cit. 8. 17. & aliis supra citati. Ligatus autem voto castitatis, si morosa delectatur, debet in confessione circumstantiam sua personæ explicare, quia peccat contra votum; castitas enim est virtus prohibens omnem delectationem veniam tam internam, quam externam. *Est communis.*

10 Morosam delectationem seu desiderium capere de re aliqua prohibita, sub conditione *si talis res prohibita non erit*, non est peccatum mortale, quoniam talis conditione vere autem malitiam operis; ut accidere solet in illis, quia solo jure positivo prohibita sum, ut *vellem hodie comedere, nisi esset dies veneris, nisi esset prohibitum;* & ut interdum accidere potest etiam in aliis, quae sunt prohibita jure naturæ, & sunt intrinsec malæ; si delectatio morosa, vel desiderium de iis capiatur sub conditione aliquis status, vel casus, in quo possunt esse licita, ut *vellem uxorem hanc duere, si non esset uxoratus, si non esset Sacerdos, si non esset voto adtributus; vellem predari, si Deus permetteret.* Sic communiter tenent Cajetanus verb. Cogitationum peccata Adrianus, quodlibet. 10. art. 2. conclus. 1. Sanchez lib. 1. Moral. cap. 2. num. 24. Vasquez disp. 110. cap. 1. Azorius lib. 4. cap. 6. quest. 10. Layman lib. 1. tract. tert. cap. 6. num. 10. Busembaum lib. 5. cap. 1. dub. 2. art. 1. Lugo de Sacram. Panis. disput. 16. ref. 6. num. 388. Sporer tom. 1. tract. 9. proem. cap. 6. num. 19. & 34. & alii. Et ratio est, quia tales actus inefficaces tendunt in actum externum non ut finem, vel terminum faciendum a parte rei, sed praesertim in objectum propositum per intellectum, ideoque ab eo non plus malitiam sumunt, quam proponatur per intellectum; atque intellectus proponens objectum sub tali conditione afferentes omnem malitiam actus, nullam in actu malitiam proponit; ergo nullam inde sumit malitiam eius desiderium, seu volitio, vel delectatio conditio, & ineficax. Hinc quamvis desiderium, & delectatio de eis carnium in die Veneris sit quid illicitum stante prohibitione, aposita tamen illa conditio, *Nisi esset dies Veneris, nisi esset prohibitum*, auferit omnem malitiam, cum dema prohibitions, comedere carnes (sic de ceteris solo jure positivo prohibitis) sit intrinsec, & secundum substantiam bonum, ac illicitum. Sic etiam quamvis prædatio, & delectatio de ea sit jure naturæ prohibita, in speciali tamen casu, quo Deus illam permitteret, esset licita, adeoque talis conditio, *Si Deus permetteret,* auferit omnem malitiam, sicuti quamvis uxoratus, & Sacerdoti, seu alicui voto castitatis adstrictus sit jure naturæ prohibitus ducere uxorem, & de ea oblectari, quia tamen sit de desiderio, seu delectatio esset solum sub conditione illa; *si non esset uxoratus, Sacerdos, seu voto castitatis adstrictus,* talis conditio auferit omnem malitiam a tali conditionato desiderio, seu conditionata delectatio, tamen pro eo statu, quo quis non est uxoratus, nec voto castitatis adstrictus, non est sibi interdum uxori ducere, & de ea delectari, ut patet de licito usi conjugi.

11 Delectatio autem morosa, seu desiderium de objecto jure naturæ prohibito, & semper intrinsec malæ, sub conditione *si licet, si non esset peccatum,* est semper illicita; quoniam objectum in illo statu, & casu potest esse licitum; ut illi est delectari in his objectis: *Oditem Deum, si non esset peccatum, blasphemare, si licet,* & *hujusmodi.* *Est communis* cum Adriano, Sanchez, Azor. Layman, Busembaum, Sporer locis citatis, Suan de peccatis, dist. 5. sect. 5. n. 10. Rhod. dist. 1. quest. 3. sec. 3. §. 3. Loc. tract. 12. quest. 2. art. 5. La Croix lib. 5. num. 8. 2. alisque multis contra Cajetan. Salas, Castropol. Ovied. Carden. Henrix. & alios. Et ratio est, quia cum talis conditio sit pro omni statu, & casu impossibilis, numquam potest auferre malitiam objecti jure naturæ prohibiti, & semper intrinsec, & substantialiter mali; in

nullo enim statu hominis, & casu potest verificari, quod liceat odio habere Deum, blasphemare, & hujusmodi, ergo &c. antecedens est clarum, quia ratio v. g. blasphemæ est semper intrinseca mala in quocumque statu, & casu, uti supponitur; sed ratio blasphemæ non separatur nequidem intentionaliter, ergo nec ratio malitia. Minor est evidens, nam dicit ille, *blasphemarem, si licet, & in hoc obiecto delectatur*, ergo delectatio tendit in ratione blasphemie ut substantia illi pro omni statu, & casu impossibili conditioni *Si licet;* & consequenter ratio blasphemie non separatur nequidem intentionaliter; adeoque voluntas adhuc actuali suo affectu, & delectatione fertur in rem mortaliter malam, & sic adhuc peccabit mortaliter, ac si conditio nulla apposita fuisset. Hinc à fortiori erit peccaminosa delectatio, vel desiderium de rebus quibusvis malis sub aliqua conditione, quæ quamvis à parte rei purificaret, & poneatur, nullo modo auferret mortalitatem actus, ut sit in his: *Si non esset infernus, occidere tales hominem; Si non esset Religious, fornicare; Si avolare possem, raperem gemmam, & hujusmodi.* Est communissima. Et ratio est, quia tales conditiones relinquunt adhuc totam malitiam in similibus delectationibus, vel desideriis; quamvis enim non esset infernus; esset adhuc mihi illicitum furtum, & rapina; & adeoque delectatio, vel desiderium de talibus actibus sic conditionatis retinet, & habent adhuc eamdem malitiam, ac si talis conditio non fuisset apposita.

*Delectatio morosa* de re materialiter tantum mala v. g. de pollutione, fornicatione, adulterio, homicidio, & hujusmodi factis sine culpa in somno, ebrietate, amnesia, ex ignorancia, vel errore invincibili, est peccaminosa, sicut sunt tales res in se. *Et communis, & certa.* Et ratio est, quia tales res, seu actiones sunt in se peccaminosa; quod autem non fuerint peccaminosa formaliiter, id est, quia non fuerint voluntaria, ergo si nunc accedunt voluntas tales actiones approbas, vel de illis gaudens, & delegans, talis delectatio voluntaria erit peccaminosa, sicut tales res, & actiones sunt peccaminosa in se. Licitam tamen est talis delectatio, si fiat de ipsis rebus, seu actionibus sub aliqua ratione boni; ut si quis evigilans, comperta pollutione, exultet, quod in somno facta sit sine culpa, & non in vigilia, quia vigilans naturæ motu fore cessisset, & peccasset; hoc enim sanctissimum est, quia sic idem est, ac declarari, & gaudere quod ea pollutione non peccaverit. Sic etiam licita est delectatio de ejusmodi re materialiter mala, quatenus *cara fuit* aliquius boni effectus secuti, ut quod ex pollutione involuntaria in somno secuta, cessaret tentatio, vel infirmitas; quod ex homicidio inculpabiliter facta, obvenientia hereditas, & hujusmodi; Et ratio est, quia talis delectatio, vel gaudium nullo modo tendit in objectum, ut malum est, sed potius in ipsum effectum bonum secutum, scilicet in cessationem tentationis, vel infirmitatis, & respective in consecutionem hereditatis, ut ex communione docent Sanchez lib. 1. Moral. cap. 2. num. 18. Vasquez 1. 2. disp. 1. 5. cap. 3. Lessius lib. 4. cap. 3. n. 240. Lugo de panit. lib. 16. num. 389. Bonacina de matrimonio. disp. 3. quest. 8. num. 8. Sporer tom. 1. tral. 1. proem. c. 7. num. 33. & alii passim. Si tamen delectatio, gaudium, vel affectus animi tenderet in ipsam rem, utique non licet, ut constat ex propositione 15. in ordine merito damnata ab Innocentio XI. die 2. Mart. 1679, ibi: *Licet, tum est filio gaudere de patrificio parentis à se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex haereditate consecutas.*

*Desideratio* rem materialiter tantum mala, ut fornicationem, homicidium faciendum in somno, ebrietate, ignorantia invincibili &c. est peccatum mortale ejusdem speciei cum actu desideratio. *Et communis.* Et ratio est, quia tale desiderium deliberatur, ac voluntari tendit in obiectum ex natura sua simpliciter malum, ac peccatum mortale; & quod formaliter non sit tale, est solum quia non est voluntarium, ac deliberatum, sed hac causa excusans peccatum ipso opere, nempe involuntarietas, & indeliberatio, minime reperitur in ipso desiderio, quod ut supponitur, est absolutè voluntarium, & deliberatum, ergo tale desiderium est peccatum mortale

ejusdem speciei cum actu, seu opere desiderato, adeoque cum hujusmodi desiderium verè, formaliter, & intrinsece sit malum, nullo etiam fine bono cohonestari poterit. Non enim quis audebit dicere, quod ad aliquem bonum finem liceat desiderare, & velle homicidium, fornicationem, vel adulterium committere in ebrietate, & hujusmodi; Unde merito ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679, damnata fuit sequens proposicio 12. in ordine, ibi: *Licitem est absolute desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cupientis, quia nimur ei obvenientia esse pinguis hereditas.* Licitum tamen est desiderio, vel affectu simplici, & inefficaci optare, ut pollutio mere naturaliter, & omnino involuntaria in somno eveniat ob aliquem bonus finem, v. g. tentatio sedenda, vel sanatoria recuperanda. Ita Navarr. cap. 16. num. 7. 8. 9. cum plurimis ibi citatis. Lessius lib. 4. cap. 3. num. 130. Sanchez de decalog. lib. 1. cap. 3. d. num. 18. Vasquez 1. 2. disp. 1. 5. cap. 3. Tanerus de peccat. dist. 4. q. 8. n. 145. Platell. de peccat. num. 244. Sporer tom. 1. tral. 1. cap. 6. num. 34. La Croix lib. 3. part. 1. num. 932. & alii magis communiter. Et ratio est, quia pollutio mere naturaliter eveniens est naturalis evacuatio corporis, sicut est emissio sudoris, vel aliorum superfluorum excrementorum, adeoque licitum est affectu simplici, & inefficaci optare, ut talis pollutio mere naturalis, & omnino involuntaria in somno eveniat ob aliquem bonus finem.

*Delectatio* morosa de re materialiter tantum mala v. g. de pollutione, fornicatione, adulterio, homicidio, & hujusmodi factis sine culpa in somno, ebrietate, amnesia, ex ignorancia, vel errore invincibili, est peccaminosa, sicut sunt tales res in se. *Et communis, & certa.* Et ratio est, quia tales res, seu actiones sunt in se peccaminosa; quod autem non fuerint peccaminosa formaliiter, id est, quia non fuerint voluntaria, ergo si nunc accedunt voluntas tales actiones approbas, vel de illis gaudens, & delegans, talis delectatio voluntaria erit peccaminosa, sicut tales res, & actiones sunt peccaminosa in se. Licitam tamen est talis delectatio, si fiat de ipsis rebus, seu actionibus sub aliqua ratione boni; ut si quis evigilans, comperta pollutione, exultet, quod in somno facta sit sine culpa, & non in vigilia, quia vigilans naturæ motu fore cessisset, & peccasset; hoc enim sanctissimum est, quia sic idem est, ac declarari, & gaudere quod ea pollutione non peccaverit. Sic etiam licita est delectatio de ejusmodi re materialiter mala, quatenus *cara fuit* aliquius boni effectus secuti, ut quod ex pollutione involuntaria in somno secuta, cessaret tentatio, vel infirmitas; quod ex homicidio inculpabiliter facta, obvenientia hereditas, & hujusmodi; Et ratio est, quia talis delectatio, vel gaudium nullo modo tendit in objectum, ut malum est, sed potius in ipsum effectum bonum secutum, scilicet in cessationem tentationis, vel infirmitatis, & respective in consecutionem hereditatis, ut ex communione docent Sanchez lib. 1. Moral. cap. 2. num. 18. Vasquez 1. 2. disp. 1. 5. cap. 3. Lessius lib. 4. cap. 3. n. 240. Lugo de panit. lib. 16. num. 389. Bonacina de matrimonio. disp. 3. quest. 8. num. 8. Sporer tom. 1. tral. 1. proem. c. 7. num. 33. & alii passim. Si tamen delectatio, gaudium, vel affectus animi tenderet in ipsam rem, utique non licet, ut constat ex propositione 15. in ordine merito damnata ab Innocentio XI. die 2. Mart. 1679, ibi: *Licet, tum est filio gaudere de patrificio parentis à se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex haereditate consecutas.*

*Desideratio* rem materialiter tantum mala, ut fornicationem, homicidium faciendum in somno, ebrietate, ignorantia invincibili &c. est peccatum mortale ejusdem speciei cum actu desideratio. *Et communis.* Et ratio est, quia tale desiderium deliberatur, ac voluntari tendit in obiectum ex natura sua simpliciter malum, ac peccatum mortale; & quod formaliter non sit tale, est solum quia non est voluntarium, ac deliberatum, sed hac causa excusans peccatum ipso opere, nempe involuntarietas, & indeliberatio, minime reperitur in ipso desiderio, quod ut supponitur, est absolutè voluntarium, & deliberatum, ergo tale desiderium est peccatum mortale

præparandi ad copulam, aut etiam amorem conjugalem contestandis, omni prorsus culpa vacabunt. Si vero fiant absque animo copulandi, solius morose delectatio gratia, culpam veniale continent, tamquam excessus in re alijs licita. Immo conjux neque mortaliter peccat, si de maritali copula altero coniuge absente cogitans in re cogitata morose delectetur; S. Antonii. part. 2. iii. 5. cap. 1. 5. 6. Cajetan. verb. Delectatio morosa. 6. Terrium est, Pandanus in 3. dist. 9. quest. 3. art. 1. Vasquez disputation. 1. 1. cap. 2. Medina. quest. 74. art. 2. Sanchez lib. 9. de matrimonio. disp. 4. num. 4. Sporer loc. cit. num. 43. Layman. lib. 1. tral. 3. cap. 6. num. 12. & 14. & alii plures. Et ratio es, quia mortaliter malitia delectatio morose samenda est ex malitia obiecti, sive re cogitatae; copula autem maritalis malitiam non habet, cum sit ab intrinseco licita conjugius, & per accidens solum a extrinseco, nempe ob absentiam, vel simile impedimentum, pro tunc negque exerceri; adeoque de eo mortaliter delectari in absentia alterius coniugis non est peccatum mortale. Est tamen peccatum veniale, ut *inquit* Cajetan, cum nec necessitas, nec pietas talen delectationem excuter. Peccar autem semper mortaliter coniugium alicuius propria conjugie morose delectatur in imaginatione alterius personæ sibi mentaliter confecte, quasi praesentis loco coniugis; est enim obiectum hic & nunc tali conjugi mortaliter illicitum; sic Dott. comm.

*Delectatio* morosa venerea, & directè voluntaria, tam ex culpa futura cogitata, quam ex cogitationibus, aspectibus, tactibus, osculis, amplexibus libidinosis, est sponsis prohibita sub mortali. Navarrus cap. 16. num. 9. Layman loc. cit. num. 13. Sporer loc. cit. num. 41. Sanchez lib. 9. de matrimonio. disp. 47. concl. 1. cum pluribus aliis. Et ratio est, quia delectatio venerea tendit in copulam, ut presentem & politionem reipæ inchoat, sed copula est sponsi pro eo statu adhuc mortaliter illicita, ergo & delectatio venerea sensibilis. Oscula autem, tactus, & amplexus non impudici licet sunt inter sponsos, quando sunt secundum consuetudinem patriæ signum benevolentiae, ad conciliandum, & foventum mutuum amorem in ordine ad matrimonium, quamvis præter intentionem, & secluso periculo consensus, sequeretur committio nonnulla sensibilis; Navarrus cap. 16. num. 12. Galer. tom. 1. tral. 10. num. 671. Perez disp. 6. num. 4. Sporer loc. cit. num. 41. Sanchez lib. 9. de matrimonio. disp. 46. num. 47. cum multis aliis.

¶ Tuta esse non videtur opinio afferens licita oscula, licitos tactus, & amplexus inter sponsos ad sibi mutuo conciliandum amorem, atque in benevolentia signum præserium si timeatur aliqua sensibilis committio, ac delectatio. Arduum sane esset in talibus circumstantiis declinare periculum consensus, & delectatio, unde turritissimum est monere sponsos, ut a similibus abstineant actionibus. Sane sensibilis in membris committio cogitatione secum ferri solet mentis, & cogitatio delectationem, & quamquam non repugnat dari motionem sine delectatione, tamen ob maximum connexiōnem, quæ inter piramque intercedit, illicitum est sese expondere periculum excitandi motionem ipsam sensibilē per tactus, amplexus, &c.

¶ Cavendum tamen est, ne in ipsis osculis, tactibus, & amplexibus habeatur illa delectatio carnalis, & sensibilis, quia merito fuit damnata ab Alexander VII. 18. Martii 1666, in propositione 40. in ordine ibi: “Est probabilis opinio quæ dicit tantum esse veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oriut, secluso periculo consentaneum ulterius, & pollutionis.” Videtur mortaliter peccant, si voluntari consentaneum in motu delectationis sensibilis, quæ ex recordatione copula maritalis naturaliter oriut. *Et communis* cum Sanchez cit. disput. 47. concl. ultim. Sa verb. Luxuria. num. 12. Navarr. cap. 16. num. 9. & 10. Silvester verb. Delectatio quest. 3. Sporer loc. cit. num. 42. Layman loc. cit. num. 13. Et ratio est, quia viduis non est amplius licita, immo nec possibilis illa copula delectabilis, adeoque nec licita erit actualis delectatio venerea, & sensibilis de ipsa.

Non valet dicere, quod sicut licet conjugibus delectari sensibiliter de copula præterita, & futura, ita debet licere viduis de præterita, & sponsis de futura. Non valet, *inquit*, quia non currit partis; conjugibus enim semper licita est copula, & ideo etiam delectatio ejus; at sponsis pro eo statu nondum licet copula, quamvis post contractum matrimonium sit eis licita. Et sic viduis non amplius licet copula, quamvis pro tempore sui matrimonii eis licuerit; adeoque cum non eis sit licita copula, nec eis eis licita venera, & sensibilis delectatio de ipsa. Licita tamen est eis delectatio rationalis.

¶ Censem omnem vel rationalem delectationem sponsis de copula futura, tum viduis de præterita illicitum esse. Vix enim fieri posse intelligo ut rationalis ista exciterit in mente delectatio, quin mens ipsa in aliquem consensum labetur, ac delectationem relpa experietur sensibilem. Mente facili negotio res istiusmodi distinguimus, ac secessimus, at dum unam ex istis actu experim, vix possumus mentem continere, quin in aliam quoque excurrat. Quamobrem delectatio illa, que rationalis appellatur, nimium periculosus & confessari manus esse putarem, ut sponsos, viduas mornerit, ne talibus licet rationalibus delectationibus seculo umquam tempore capi permittant. ¶

Possunt enim viduæ habere gaudium, approbatorem, ac delectationem rationalem tantum voluntatis de copula præterita, & delectatione annexa; cum enim licita eis fuerit illa copula, & delectatio, non tenetur illam modò reprobare, vel detestari, ut onnes concedant. Sic sponsi possunt habere desiderium, gaudium, & delectationem rationalem de copula futura, ejusque delectationem capienda; cum enim ex ipsis sponsalibus contrahitis talis copula, & delectatio aliquando futura sit eis licita, non tenetur eam aversari, vel ea tristari; sed licite possunt de ea delectari delectatione rationali; dummodo caveant, ne capiant delectationem venereum sensibilem, & se exponant periculo consensus turpis, aut pollutionis; Sanchez cit. disp. 47. Sporer loc. cit. num. 41. Diana part. 3. tral. 5. resp. 2. & alii passim.

## DELEGARE, DELEGATUS.

## SUMMARIUM.

D ELEGARE quid sit, ad num. 2. 3. Judex delegatus quis sit, & quomodo ab Ordinario differat, ad num. 4. 5. Judicium delegatorum quæ species, & quæ, ad num. 1. 13. Qui delegare possit, & à quibus delegatis subdelegatio fieri permittrat, ad num. 25. 26. Judices delegati qui esse, ac compelli ad delegationem, accipiendam, possint vel non, ad num. 41. 42. Delegati iurisdictionis, & officium quando expirat, ac utrum delegatio a delegante revocari possit, ad numer. 62. 63. Subdelegatio Additio ex aliena manu, ad num. 75. D ELEGANS est mandare, & committere leg. 32. §. Quod sit de arbitrio. l. 3. §. Quamvis de administr. tutor. l. 1. de dann. infict. Et prout habetur in leg. Delegare fit de novation. & in leg. Nescius 2. ff. de re judic. Delegare est alium in locum suum sufficere, v. g. si Titus, qui meus debitor est, debitorem suum Cajum substituat, ut pro ipsis mihi solvat, dicitur es debitor delegatus à Titus delegante; leg. Si Titus 33. ff. de novationibus. Inde veniam Judices delegati, id est suppositi, & sufficiunt a Principe vel Judice ordinario, ut loco Principis audiant causas. Unde Judex delegatus (qui extraordinarius appellatur, cap. 2. de translatib.) est cui causa judicialis concessa est alterius vice, & auctoritate cognoscenda, ita ut jurisdictionem habeat derivatam à committenti iurisdictione, ut desumitur ex leg. 1. Qui mandatum, ff. de officio ejus cui mandata est jurisdictionis. Judex delegatus in eo differt a Judice ordinario, quod is propriam jurisdictionem habere censeatur, ideoque suo jure